

- c. Mart. ex., Apr. in. Romae urbis obsidionem trium mensium spatio evoluta Aistulfus rex solvit. Lib. pont. II, 116.
- Apr. 5. Ticini in palatio Haistulfus rex donat monasterio S. Mariae (Farfensi), Fulcoaldo abbate petente, montem qui nominatur Alegia simul et planitiem eiusdem montis nomine Turrita. 'Anno regni nostri VII, per ind. VIII'. Reg. Farf. f. 1181; Fatteschi p. 265 no. 12; Troya 702; Chron. Farf. ed. Muratori SS. II, 2, 439. **276**
- Jun. Beneventi in palatio. Leoprاند dux (Beneventanus) cum Ingelbertone, Ioanne marepahis ceterisque iudicibus iudicatum facit de ecclesia S. Nazarii in Valle Alifana sita inter Engilbertam, quae ecclesiam aedificaverat, et Mauricium abbatem, qui charta donationis oblata causam obtinet. Reg. S. Soph. Ben. I, 25; Ughelli X, 434; Assemani II, 584; Troya 703. **277**
- c. Jun. — Aug. Papiæ Aistulphus rex inclusus a Pippino rege Francorum obsidetur. Lib. pont. II, 119, V. Stephani cap. 46.
- c. Jul. — Aug. Papiæ Aistulphus cum Pippino rege pacem init ea conditione, ut exarchatum Ravennatem ceterasque civitates reipublicae Romanae ereptas Pippino tradat. Lib. pont. I. c.
- Oct. 25. In Campilioni. Walderada relicta Arochis donat basilicae S. Zenonis in fundo Campelioni sitae olivetum cum consensu Agelmundi, filii sui. 'Regn. Aistulf . . anno regni octabo, . . ind. decima'. Ex autogr. arch. S. Fidelis Mediol. ed. Fumagalli, Cod. dipl. S. Ambr. p. 28; Maffei, Verona ill., I, 2, 635 no. 4; Troya 705; Hist. patr. mon. XIII, 16. **278**
- Oct. In Reate. Gundualdus actionarius concambiat cum Fulcoaldo abbate monasterii S. Mariae (Farfensis) casalem nomine Bassianum, pro quo recipit terram in Vico Novo. 'Regn. d. n. Haistulfo . . a. regni VIII. et v. m. Ratfredi cast. civ. Reat. . . ind. XII' (l. X.). Reg. Farf. f. 1182; Fatteschi p. 266 no. 13; Troya 706. **279**
- c. Nov. Dec. — Aistulphus rex venatum pergens de equo casu proiectus tertia die obiit. Lib. pont. ed. Vign. II, 122; Cod. Carol. 11 ed. Jaffé IV, 64; Fredeg. Contin. c. 122 et Annales. (Cf. Oelsner, Pippin p. 437).

RATCHIS. 756—757.

- Dec. — Ratchis dudum rex, tunc autem Christi famulus, gubernavit palacium Ticinense a Decembrio usque Martium. Catal. Brix., SS. Lang. p. 503. Cf. Lib. pont. II, 122.
- In Tuscia Desiderius dux exercitum colligens 'regni Langobardorum arripere nisus est fastigium'. Lib. pont. I. l.